Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE ROMA
RB
11
747

Digitized by Google

[illegible] XVII

RB747

Hieronymi Paduani de Chriſti
paſſione Carmen Jeſuida nuncupatum/ et commodum piumq̃.

Philippi Beroaldi Bononienſis
veterum elegantiarũ vtiliorumq̃ doctrinarum viri ſpectatiſſimi. De dominica paſſione Carmen tam deuotum q̃ lugubre.

¶ De diua virgine Carmẽ eiuſdẽ haud iniucundũ.

¶ Vir prudens. Eiuſdem carmen ſapienti facundia conſpicuum.

Auſonij matutina precatio deuota ad Deum.

¶ Eiuſdem Auſonij egloga aurea de ambiguitate vite eligende.

Aenee Siluij Ponti. Maxi. de
paſſione chriſti Endecaſyllabum

Lactantij de dominice reſurrectionis die. Carmen eruditum.

De Morte carmen lectu dignum
tametſi eſt horrendum

R B 777

Jeſuida Hieronymi Patauini: ad Petrum Donatum Incipit.

Maxime celicolum ſupera qui celſus in aula
Aeterno imperio ſuperas/fortiqꝫ tridente
Res hominū diuūqꝫ regis: quo turbine diro
Judei irruerant; rabies que traxerat illos
Tanta/tuo nato penas inferre nephandas/
Horrendumqꝫ genus mortis: crudelius ipſa
Terqꝫ quaterqꝫ nece: eſt animus deſcribere verſu.
Hoc modo fluctiferum pater o rege vela per equor
Primiciaſqꝫ meę (ſi qua eſt) en accipe Muſę.
¶ Tu quoqꝫ quem ſanctus vite nitor vndiqꝫ tollit
Cuius ꝛ extremas orbis penetrauit in oras
Fama/ingens virtus morum: ſanctiſſima vitę
Religio: humanis pulchrę comitata camenis
Et ſuperis/latialis honos: hinc aſpice pręſul
Inclyte/tuqꝫ auras daſſi concedę ſecundas.
Nam mihi Ceſar ades/atqꝫ es mihi verus Apollo:
Nec dubitem auſpicijs tantis deductus/ haberi
Prob fortunatum: ac diuino degere nutu:
Huc adſis Donate pater/tutare canentem
Metra/licet tenui ac iuuenili inducta coturno:
Nam poſt cum fuerim ſcribendi commoda nactus
Tempora: cum ſtudijs maneant tutiſſima cęptis/
Et mihi parta quies: maiorqꝫ aduenerit ętas
Incipiam grauiora: tuqꝫ ab origine gentis
Deueniens tua gęſta canam: modo fata ſecundent.
At mea nunc primo replentur carbaſa vento:

Littora deſtituam: ⁊ medium ferar altus in equor.
¶ Panditur infelix Herebi domus ampla ſuperbi:
Tartareuſqꝫ ſuos miſera ad ſedilia Pluto
Conuocat ecce duces / rabidoqꝫ exeſtuat ore:
Rupe caua: medij locus eſt immanis Auerni
Luce carens: vbi perpetuo nox incubat. illic
Circumquaqꝫ palus ſtygia ⁊ ſtagna alta reſurgunt
Cocyti. heu quantus dolor hoc e gurgite vaſto
Auditur: nigra diſcurrunt fontis arena
Ingentes angues: horrendaqꝫ monſtra per vndam
Deformi limo voluuntur/ ⁊ impia iactant
Sibila/ tetrorum natat hic genus omne colubrum.
Ignis edax fluuium medio tamen aere ſerpit/
Aere quo peius nihil eſt. noua adeſſe putabis
Hic clementa/ ſuum tali regione tribunal
Juppiter infernus ſtatuit ſede arduus/ ergo
Terribili ſeuas acies rabidaſqꝫ phalanges
Conuocat: ore tonans miſeros: hij turbine vaſto
Conſcendunt. replentqꝫ locos/ ipſe altior infit.
¶ Lethei dites ingens hoc cauſa ſubegit
Cogere concilium: nec vos mea dira poteſtas
Me quicqꝫ exciuit varijs terroribus angor/
Accipite hec memores/ noſtramqꝫ hijs diſcite mentem
Horrida iam dudum forti cum milite bella
Congerimus/ ſed pauca valent in prelia vires.
Sepius aduerſum vidiſtis quantus in hoſtem
Inſurgat clypeo/ ⁊ telum quo turbine verſet
Vndiqꝫ conueniunt populi. pars alta ſequuntur

Eloquio/⁊ ſanctum pars huic ceu numen adorant.
Quid loquar? hic vrbes. hic hic ſermonibus ipſa
Oppida ſubuertit varijs/totumqꝫ per orbem
Fama volat/ſua nunc gentes doctrina per omnes
Spargitur/⁊ tandem noſtris dominatur in oris.
Vincimur heu miſeri/quam parua potentia noſtra eſt/
Vincimur/iſte deo natum magnoqꝫ parente
Se facit/⁊ miris teſtatur ⁊ approbat iſtud.
Hominibus/claudi incedunt/ſua lumina ceci
Obſtupuere/nouas muti dixere loquelas.
Audijt ⁊ ſurdus/turpi dehinc corpora lepra
Mundauit/cecis animas reuocauit ab vmbris/
Frigida mandauitqꝫ iterum ad ſua membra reuerti.
Hic puer ⁊ medio doctorum celſus in orbe
Conſtitit alta docens/nunq̄ riſiſſe notatus/
Sępe dedit gemitus. ſiccis ſuper ęquora plantis
Ipſe maris gradiens. timidum ceca ima petentem
Diſcipulum dextra tenuit. quare iſta fatentur
Eſſe deum: tamen hunc ferunt de virgine natum/
At pater ignotus. ſitit hic/ſępe ardor edendi
Inuaſit/quem turba Ieſum modo clamitat. ipſi
Vidiſtis q̄ magna canant/qui carcere noſtro
Clauduntur. letiqꝫ diem aduentaſſe ſalutant
Quo patriam repetant inuiſaqꝫ menia linquant/
Quis nouus iſte furor? tentandum eſt an deus is ſit/
Siue homo. ſi vite fuerit ſibi terminus omnis
Queſtio iam pateat/neqꝫ enim regnator olimpi
Extingui/vel morte poteſt occumbere dura.

Experiamur/egó varijs in pectore curas
Et noua conſilia atqꝫ nouas demetior artes/
Nam Jeſus hic magna populi comitante corona
Hieruſalem ingreditur/cui ramis agmine facto
Occurrunt olee proſtrati corpore terra/
Sub pedibus pallaſqꝫ locant/⁊ carmina dicunt/
Hic labor omnis adeſt cunctorum vertere mentes
Scribarum rabidumqꝫ animó inſtigare furorem/
Principibus varios vulgi miſcere tumultus/
Morte reum clament ipſum quoqꝫ fida ſuorum
Agmina deſtituant precio tradatur ⁊ hoſti/
Vadite iamqꝫ citi pedibuſqꝫ accingite pennas
Tu quoqꝫ mea in primis allecto concipe vires
Et ſolitas artes.maior tibi gloria reſtat
Si ſtruere ac tantam poteris componere mortem/
Quare age gorgoneis mea nata accincta venenis
Aggredere/⁊ diros longis de crinibus angues
Eripe vipeream ſcribarumqꝫ inſice mentem/
Atqꝫ odijs reple phariſeos/iraqꝫ rumpat/
Inde ſacerdotes ſcarioth tua vulnera Judas
Sentiat/hunc auri cogat vis rumpere leges.
¶ Hec poſtquam diro latrauit gutture Pluto
Extemplo ſurgunt/acies vaſtaſqꝫ per vmbram
Emittunt voces/⁊ dentibus inde furorem
Infrendunt/qualem venti dant ſepe fragorem/
Aut cum nube caua rubeo Vulcanus amictu
Frangitur/⁊ medio tonitrus ſonat aere longus/
Tali inſanibant rabie mala pectora/⁊ ira hinc

Atq; illinc ceco diſcurrunt vndiq; curſu/
Et fata nocte altum tranſuerberat aera pennis
Hieruſalemq; petit/primoq; in limine porte
In gentem eieci triſti de crine colubrum/
Qui totam furijs agitaret protinus vrbem.
Indeq; tecta petit ſcribarum/magiaq; verſat
Templa ſacerdotum/⁊ flammis accenſa draconem
Cuiq; ſuum iniecit/qui crebro lubricus vrbe
Voluitur/⁊ leni ſumma ad precordia giro
Delapſus/mentem furijs agitauit amaris.
¶ Tunc varijs ſecum dictis ⁊ murmure ceco
Conueniunt patres.quorum qui maximus euo
Incepit.Quis nos grauis hic circumuolat horror?
Quid ſtruimus?populos hic hic narratur in omnes/
Signaq; magna facit.gentes ſua dicta ſequuntur
Et quecunq; docet veluti ſunt numinis alti
Accipiunt miſeri/que nos fortuna ſequatur
Querendum eſt.Venient Romani/noſtraq; tollent
Imperia ⁊ miſeris ignoti errabimus oris.
Inueniat timor iſte viam/modo letus in vrbem.
Hic homo ſucceſſu populi ⁊ felicis oliue
Frondibus eſt ſumptus/medium teneamus ⁊ ipſe
Morte luat penas.morte eſt dolor iſte piandus.
Talibus inter ſe dictis incepta fremebant.
Conſilia atq; Ieſum querebant tradere morti.
¶ Vtq; ſatis primos acuit dea ſeua furores/
Atq; omnem euertit ipſis cum patribus vrbem/
Ad Iudam Scarioth obſcenis protinus alis

Accelerat/miſerumqꝫ omni complectitur angue/
Fovit auaritie primo ſua pectore tecto.
Poſt virus tetrum iniecit/quo prodere tentet/
(Heu demens)hoſtiqꝫ ſuum dulcemqꝫ magiſtrum
Traderet. o nimium dura eſt ab arundine foſſus
Infelix Scarioth/cepit namqꝫ primitus illud
Sacrum opus vnguenti verbis damnare propbanis/
Nec ſatis hoc miſero/ſed mox ad limina patrum
Hinc celeri fertur greſſu/preciumqꝫ popoſcit/
Et dare ſe ſpondet ignoti ſigna magiſtri/
Atqꝫ vbi cum caris ſocijs verſetur/ꝛ inde
Hunc tentant quemcunqꝫ ſibi monſtrauerit ipſe.
O fraudis ſeue/o ſceleris fabricator iniqui/
Funera tu ne viri pergant incognita tanti
Speraſti/tantumqꝫ nephas reſideret inultum
¶ Demens? magna diu nequeunt delicta latere.
Nam comes a tergo ſequitur vindicta nephandi/
Nemo vnq̄ꝫ ſceleris longo letatur in euo.
Tempus erit quo mentis inops cunctiſqꝫ peroſus
Me mare in abruptum clamabis ferte procelle
Inqꝫ feras ſirtis ſcopulos / me tollite in altum
Vndiqꝫ diſiectum. vaſtis vbi montibus horret
Aeterno nix alta gelu detrudat:ꝛ illic
Aut vbi vicinus victum mortalibus omnem
Sol negat:ꝛ dira ſurgunt qua parte venena
Tandem incerta putans (Chriſti pietatis es ample
Immemor) heu triſti rumpes tua colla capiſtro.
¶ Accipit ergo acies ſeuas triſteſqꝫ cohortes

Infelix.graditurqꝫ armato milite cinctus.
At Ieſus iſta ſuo voluens ſub pectore ſummi
Iuſſa patris/properans/Cedrontis protinus alueum
Tranſuperat.placido iacet hic in gramine campus/
Quem Ieſus ingreditur paruo agmine circumſeptus/
Hic quoqꝫ de veteri ſinuato poplite more
Orabat magnoqꝫ dabat ſacra verba parenti
Ecce armis inſtructa acies rabidiqꝫ manipli
Inde ſuperueniunt medio tradente. quid inquam
Miles acerbe furis?veniet quo victima fiet
Sponte ſua innocuus.mediuſquoqꝫ ſtabat in aris
Agnus/⁊ expoſita cupiet ceruice necari.
¶ Vt ſubitos vidit longis cum fuſtibus hoſtes/
In ſe ferre gradum Ieſus vltro acceſſit ⁊ inquit
Quem tanto armorum concurſu queritis?illi
Reſpondere Ieſum Iudea Nazareth ortum
At Ieſus ipſe coram dixit/quem queritis adſum?
Tunc maleſana cohors Iuda impulſore ſupini
In terram exangues tanta cecidere loquela/
Qua celum terraqꝫ tremit.rurſuſqꝫ rogauit
Quem petitis?dixere Ieſum quibus ipſe ita fatur.
Meme?adſum meme ſeuis ne poſcite vinclis
Ipſe comes veniam/tamen hos concedite abire.
Dixerat extemplo dextras in pectora diras
Certatim iniciunt/colloqꝫ miſerrima turba/
Imponit funem.vinctumqꝫ in menia ducunt/
¶ Non tulit hec Petrus quanqꝫ iam tardior euo
Et tepeant vires:medium ſed fertur in agmen

Et Malchum aggreditur iugulo cui dum petit enſem
Condere/labenti terre dextram abſtulit aurem.
Cui Jeſus gladium vagina trade locandum
Petre quid inſanis? num mundum ingreſſus iniquum
Juſſa paterna feram? que nam hec eſt dira cupido
Sic fatus Malchum turbatum ſanguine terra
Subleuat atqꝫ aurem propria ſtatione reponit.
¶ At fera turba Jeſum rapuit (miſerabile dictu)
Atqꝫ Annam magno ducunt clamore reuinctum
Heu poſt terga manus/captoqꝫ illudere certant.
¶ Petrus vt iſta ſuo fieri conſpexit amori
Ingemit/⁊ trepidus fide comitante Johanne
Inſequitur/longe turbe veſtigia ſeruans
Jamqꝫ introgreſſi truculentas preſidis edes
Iudei/captum ante pedes ſtatuere Tyranni/
Diſcipuluſqꝫ vna ingreditur preſtante iuuenta/
Notus cuſtodi/Simonemqꝫ admittier orat
Excluſum: cui mox ſubeunti portitor inquit
Num comes huius eras hominis? Negat ille pauore/
Stabant ⁊ Borea torres vrgente fouebant
Turba miniſtrorum/ infelix quibus ordine Petrus
Addit ſe ſocium/pariter friguſqꝫ leuabat.
¶ Interea preſee ſic ſede affatur ab alta/
Atqꝫ Jeſum qualis ſua ſit doctrina requirit.
Qui ſocij/intrepidus Jeſus Anne talia reddit
Omnia ego vulgo docui/ſum voce locutus
In ſynagoga ⁊ templo quo gens tua ſemper
Conueniunt. mundoqꝫ palam late omnia dixi.

Vox mea in occulto nunq̃ eſt audita. quid er᷑go
Me petis? hoſce roga qui me vidêre docentem.
¶ Talia dum memorat nõn plura eſt paſſus iniquus
Seruus: ꝛ in faciem dextra ruit: oraqꝫ tundit.
Pulchra Jeſu tu ne hec (ſcelerata exclamat in aula)
Pontifici loqueris? cui mitis reddidit agnus
Jam teſtare meo ſiquid male decidit ore
Sed bene ſi dixi quid me crudeliter angis?
¶ Cumqꝫ hec audiſſet preſes iubet inde ligatum
Duci ad pontificem Caipham: qui tempore in illo
Protulit atqꝫ iſtec dederit licet ore nephando
Predixit: preſtare vnum dimittier orco:
Munere q̃ꝫ vite populum fore dulcis ademptum.
¶ Aſt que Vulcani carpebat turba calorem
Aſtanti dicunt Simoni. tuus iſte magiſter
En erat / infelix iterum timido ore negauit:
Iſta negas inquit Malchi cognatus: in horto
Nonne ego te pariter vidi? negat acrius ille.
Nec mora fit. Gallus (veluti predixerat illi
Ante Jeſus) ſignum roſtro patefecit adunco.
¶ Aurora interea crocco ſurgebat ab ortu
Luciferis inuecta rotis: cum peſſima mitem
Turba Jeſum rapiunt: atqꝫ alta palacia magno
Cum clamore trahunt: Cayphas vbi more priorum
Cum ſocijs operam feſtis paſchalibus almam
Leti indulgebant: ne ſacra incepta furore
Turbarent: verum vt ſedata mente litarent
Non cepere aditum Judei: aſt ipſe Pylatus

Egreditur: turbaniqꝫ rogat rabido oꝛe frementem
Quid ve petant: trepidiqꝫ virum quo crimine cuſent
Cui gens ſacrilega fatur ſic voce ſuperba.
Ante tuum inſontem non eſt mos ducere Ponti
Judicium: ⁊ pꝛaue non dignus ſumere penas:
Accipite ergo virum pꝛoclamat oꝛe Pylatus.
Vtqꝫ iubent leges in eum pꝛocedite veſtre:
Sed furoꝛ/intonuit non noſtrum eſt nec licet vlli
Moꝛtem inferre viro dulciqꝫ excludere vita.
Peſſima gens animo tu iam de moꝛte ſceleſto
Concipis: o digna toto maledicier oꝛbe.
Pontius ergo Jeſum ſacratam duxit in edem.
Talia dehinc fatur. Judeum rex mihi pande
Es tu? ſumma refert pietas. a te iſte refluxit
Sermo: vel alterius didiciſti voce loquentis?
Nonne ego Judeus ſum reddidit inde Pylatus?
Gens tua pontifices mihi te ducere necandum
Cauſa necis que tanta fuit: vel quod ſcelus hoc eſt?
Agnus ad hec: mundo mea ſi nunc eſſet in iſto
Regia: pꝛoſpiceres certantes magna miniſtros
Pꝛo domino: atqꝫ armis ſumma tuerentur ab arce
Nec darer iniuſtis paterentur gentibus: vltro
Ponentes vitam pꝛo me. verum altera regna
Sunt mihi: nec tali fertur mea gloꝛia mundo.
Regna igitur tibi ſunt? nomen fert ille / ego regis
Inde gero: ⁊ nullo eſt regnum ſuperabile bello
Agnus ait. latebꝛas ⁊ ad hoc ſum coꝛpoꝛis iſtas
Et mundum ingreſſus quo veri teſtis ⁊ auctoꝛ

Egrederer/mea vox veri cultoribus almi
Quiq3 pium rectumq3 colunt captatur in aure/
Quid verum eſt querit tunc Pontius? iſtaq3 poſcens
Rurſum ad Iudeos exit/dehinc talia clamat/
Nullam ego (quid quereris) in eo gens impia cauſam
Cōperio/cuncto vacat hic a crimine iuſtus.
¶ Aſt vnum in veſtro mos eſt dimittere paſcha
Carcere detentum.manet hec ſententia vobis/
Vt Iudeorum ſoluam hoc cum munere regem/
Altius exclamant Barrabas ſolennia nobis
Exigat.hunc mortem Barrabas perſoluat/iniquus
Hic erat.& dextra rapiens aliena tenaci.
¶ Talia conſpiciens tum vulgi corda Pylatus/
Fune Ieſum vinctum ſeuis iubet ergo flagellis.
Contundi/properant Iudei/moxq3 coronam
Sentibus implicitam plectentes/ſanguine multo
Heu ſingultanti capiti terramq3 tuenti
Imponunt/teloq3 premunt hinc deſuper omnes
Atq3 illudentes palle candentis amictu
Purpureo mitem circundant protinus agnum/
Atq3 ipſum riſu probabant indite ſalue
Rex Iudeorum tunduntq3 ſacra ora pugillis.
¶ Pontius egreditur rurſus/turbamq3 malignam
Talibus alloquitur: nullam (cognoſcite) cauſam
Inuenio: vobis duco hunc ſine crimine iuſtum
Spinea ſerta gerens: trahitur Ieſus/oraq3 terre
Inde fixa tenet pala circundatus alba:
Vtq3 hunc pontifices rabidi pariterq3 miniſtri

8 b 9

Conſpexere/vlla nõn ſunt pietate reflexi/
In cruce fige virum clamant iterantq; loquelas.
Pontius hec contra vos/vos hunc tollite ⁊ inde
In cruce (cauſa in eo nulla eſt) vos figite dira
Iudei clamant noſtra hunc lex vndiq; damnat
Nanq; deo natum populo ſe dixit in omni.
¶ Preſidis vt talis ſermo peruenit ad aures
Et timuit/rurſuſq; ſubit pretoria/ querens
Iſta Jeſum que te regio produxit? ⁊ vnde
Es tu? nulla dedit Jeſus illi verba roganti.
Pretor ait/quid tu inde taces? mihi magna poteſtas
Vt cruce te figam ſeruemq; eſt tradita/ nunquid
Ignoras? tunc mitis ad hec ita reddidit agnus/
Vim tibi ne quicq̃ de me fortuna dediſſet/
Arbitrium ni iam ſupera qui regnat in aula
Traderet.ac de me tales laxaret habenas.
¶ Hec dum commemorat Jeſus ipſe/exinde Pylatus
Querebat rabidi populi vt diuerteret iras
Ne quicq̃ veluti vrgentes qui claudere riuos
Tentet/⁊ alterius curſum retinere putarit
Fluminis infeſti:cum multo ceſpite longis
Viminibus nec nõn ſaxis ſudibuſq; preuſtis
Confecit paruo manſurum tempore collem
Nam dum ligna petit ſerie contexere/⁊ amnem
Claudere/rumpit opus/etiam ſupereminet vnda.
Non ſecus hec rectos monitus fera turba Pylati
Diſſipat/atq; omnes ipſas committit in auras/
Et ſuper hec addit rabies iam ceſaris omnis

Cedat amicitia/⁊ ſeuam conſurgat in iram/
Hunc modo ſi ſaluas/nam Ceſaris inficit altum
Imperium/regis quiſqꝫ ſibi nomen adegit.
Talibus impulſus preſes feruente furore
Eduxit multo fedatum ſanguine Chriſtum.
Eſt locus horrendus ſublimis ſtructus in aula
Quem Licoſtratum perhibent. ſed Gabbata dicunt
Gens hebrea/manet vetus hic de more tribunal.
Pretor vbi ſeſe populi clamore locauit/
Et ſic ore dedit. Veſtrum decernite regem/
Rex hic veſter adeſt/ſed mox furor impius infit
Tolle reum/iam tolle reum/cruce dede necandum/
Ergo tuum triſti (preſes fert) tradier Orco
Regem optas? cui pontifices dixere nephandi
Rex eſt/ Ceſar/⁊ hic ſolus dominatur in orbe/
Nobis ſolus adeſt Ceſar. Tunc rapta furore
¶ Conſpiciens populi clamantis corda Pilatus
Vincitur/inqꝫ manus agnum ⁊ ſeua ora luporum
Tradidit/ecce ruunt alacres/⁊ in ethera voces
Tollunt ſacrilegas/qualis leo gaudet in oris
Armenijs/ ceruam rapuit ſi quando pauentem.
¶ Poſtq̄ꝫ ad caluarie venit gens impia collem/
In terram ſtatuere crucem/cruce ⁊ inde ſupinum
Conſtituere Jeſum/ſanctus quoqꝫ/cuſpide ferro/
Inde manus/atqꝫ inde pedes fixere beatos.
O dolor/o pietas/medium ſtatuere nephandos
Inter raptores/atqꝫ eſt numeratus in illis.
¶ Vtqꝫ ſolent meſtis tituli ſupereſſe ſepulchris/

Carmine ſic vaſto ſignat crucis ora Pilatus/
Significatqꝫ illa pendere ex arbore: Chriſtum
Nazareth eductum/tali notat atqꝫ tabella/
Rex erat iſte Jeſus Judeum/qui manet/iſta
Jn cruce.ꝛ hunc verſum plures legere/Pilatum
Vltro accuſantes/regem hunc inſcribere noli
Cum quia ſe dixit regem.ſed talia reddit
Pontius/eterno maneat hoc carmine ſcriptum.
¶ Jam cruce/iam patulis manibus diuina poteſtas
Pendebat.tunc ſeua cohors ſuadente furore
Corripuere pias veſtes/atqꝫ inde proterua
Diuiſere manu/ne quid ſupereſſet in illo:
Quatuor in partes ſtatuunt/atqꝫ inſuper verum
Cognouit pars queqꝫ ſuum/ſic ira miniſtrat.
Altera veſtis erat manibus quam fecerat aptis
Ipſa ſuo natu rerum doctiſſima mater/
Vndiqꝫ acu totum contextam deſuper orbem
Hanc ſecare nephas rati/dixere viciſſim/
Hanc habeat cuicunqꝫ fauet ſors aſpera ludi.
Ac veluti imbellem rapiens frendente bidentem
Martius ore lupus/poſtq̃ crudeliter aluo
Immerſit pauidam ac fruſtra clamore petentem
Auxilia/in partes ſaiie rorantia mille
Vellera diſpergit/ventis atqꝫ irrita donat.
Te tua fata manent/aderit/gens impia/tempus
Haud expectatum/quo tu ſpolia iſta diemqꝫ/
Et miſeri nati/natorumqꝫ exitus omnis
Occritis/vaſtum miſeri peragrabitis orbem/

Vos fugient populi/nulli ſocia agmina iungent/
Nuſqꝫ certa domus/requies ⁊ nulla labori.
¶ Venerat ergo Ieſu mater comitata cohorte
Femineas laniata comes/laniataqꝫ pallam/
Pectora contundens pugnis/hanc natus ab alto
Proſpiciens pariterqꝫ ſuum ſupereſſe Ioannem/
Talia dehinc matris dimiſſo nomine fatur.
O mulier tibi natus hic eſt/tua cura Ioannes/
Tu vero ſpes ſola tuam hanc ſolabere matrem.
Nec plures laſſo rupit de pectore voces.
At genitrix vbi verba ſui cognouit alumni/
Succiduo miſeranda genu/ſine viribus vllis
Succubuit meſtam illachrymans ſubit ipſe Ioannes/
Et matrem ingenti terram languore petentem
Suſtinet/⁊ dictis miſeram ſolatur amicis.
¶ His actis inſcripta Ieſus ſecum omnia voluens
Et quecunqꝫ ſacri de ſe dixere prophete/
Clamauit. Gens praua tue mihi magna ſalutis
Eſt ſitis. Ecce canes raptimqꝫ ſine ordine currunt/
Crudeleſqꝫ parant ſuccos/⁊ pocula condunt/
Iſopus infelix acri miſcetur aceto.
Atqꝫ Ieſu apponunt ori ſed triſtia poſtquam
Pocula: ſunt primis Chriſti precepta labellis/
Omnia (voce refert) iamiam conſumpſimus. atqꝫ hec
Cum memorat/ceruix vltro collapſa recumbit/
Spiritus ⁊ tepidos liquit feliciter artus.
Iudei interea quoniam ſacra feſta manebant/
Sabbaticuſqꝫ dies aderat/rogauere Pylatum

Vt iubeat ferro contundi membra virorum/
Ne ſuſpenſa die ſupereſſent corpora ſancto.
Turba ruunt/primiq; infringunt crura latronis
Atq; vna alterius. dum vero cetera luſtrant/
Vtq; Jeſu ſanctos non firmet ſpiritus artus/
Oſſa illeſa ſinunt valida : ſed feruidus haſta
Miles erat: qui dulce Jeſu latus hauſit apertum.
Extemplo tali fluxit de vulnere ſanguis
Mixtus aque/obſtupuere omnes/ miratus ⁊ ipſe
Eſt miles: veniamq; ſui petit ille reatus.
¶ Dulcis amica veni Jeſumq; auerſa vocantem
Reſpice: ⁊ ardenti amplectar te pectore charam:
Dulcis amor/quo ſola fugis? nam tuta per altas
Tranſieris nunq̃ ſine me caliginis vmbras:
Jlle anima ille tuus heu nunc cōgnoſce creator.
Jlle ego ſum flagrans/⁊ viuo ſaucius igni:
Quem noua flamma tue/quem cura ſalutis adurit:
Huc celeres/huc flecte gradus/hoc aſpice lignum:
Quo ſuper infixus(ne iam damnata ſubires
Crudeles penas)ego te miſeranda redemi.
Expecto/ac nimium dilecto accenſus amore/
Brachia aperta dedi/frontemq; ad oſcula flexi.
¶ Talibus(infandum) exactis vir ſanguine claro
Diues opum Joſeph: vrbe Armathiaq; cretus
Proceſſit : corpuſq; Jeſu tradente Pilato
Suſcipit: atq; humilis meſtos inſtaurat honores:
Jnſtat ⁊ vna operi Nicodemus triſtis: ⁊ vna
Jllachrymans funus properat. ſanctiq; magiſtri

Vulnera ſeua lauat: dehinc oſcula dulcia figit:
Pectoreqꝫ ab imo gemuit/ poſt meſtus inunxit
Aſt alij niueo inuoluunt velamine (talem
Seruabant ritum veteres)condūtqꝫ ſepulchro.
¶ Nunc mea depro2a in littus iactetur apertum
Anchora:parua cadant ducentia vela phaſellum/
Attigimus portum/placidis comitantibus Euris/
Venti aſpirarunt dulces/ ſatis equor araui/
Nunc demum terras luſtrabo/ atqꝫ inde paleſtre
Herebo ſolite.iuuat hec cecinisse placetqꝫ
Nos noſtro cantus interpoſuiſſe labori.
Gloria lauſqꝫ ⁊ honos tibi ſint:tu ſumma poteſtas
Imperiumqꝫ ingens.hominū ſator optime. quiqꝫ
Extremus lucem ſolus colis: huc via nulla
Acceſſum oſtendit:tua ſumma potentia terram
Fundauit: mundumqꝫ regit prudentia totum.
¶ Poſthinc perpetuas Pataui tibi maxime paſtor
Ingenteſqꝫ habeo grates/ numeroqꝫ carentes:
Quas vtinam poſſem digna enarrare loquela:
Non debere minus tibi ſe mea muſa fatetur:
Quam Maro grandiloquus tibi debuit indite Ceſar/
Cuius ob ingentes cecinit ſacra carmina laudes/
Principium ſtatuens preclaro a ſanguine gentis
Dardanie veniſſe olim.qua nunc quoqꝫ gaudet
Euganía antiqua nomen traxiſſe decorum.
Nam poſtqꝫ in cineres verſa eſt Neptunia Troija/
Relliquias ſecum portans has attigit oras
Maximus Antenor/hic tandem Marte fugatis

Moſtibus ingentem diuino condidit vrbem
Auſpicio/nomenq; vrbi gentiq; locauit
Egregium.quod nunc late maria vndiq; pulſat/
Extremumq; orbis/iamq; eſt ſuper ethera notum.
Hanc modo tu ſedem auſpicijs regis optime ſanctis.
Preſul ab antiquo Donate nomine ſtirpis
Deueniens.Venete tu laus/tu honor inclytus vrbis.
Felices Pataui/tanti quibus attigit Eya
Paſtoris preclara ſequi veſtigia longo
Tempore.quo placidam potuerunt ducere vitam
Nunc quoq; magna pio perſoluant vota tonanti/
Pectore ꝛ unde Jeſum ſedato talibus orent.
O pater omnipotens/o celi maxime rector/
Quem terre/quem ſtagna colunt/venerantur/adorant/
Magnificant quem cuncta ſuum generata creantem/
O(ſi quando tuas licuit prece Juppiter aures
Flectere)nunc iuſtas audi iuſtiſſime voces.
Nos bonus/ꝛ longo pauit ſub tempore/paſtor/
Cognouitq; ſuas pecudes/cognouimus ipſum/
Non agni metuere lupos/contagio nulla/
Queq; ſolent maculare gregem/mala vulnera fecit.
Aurea preluxit etas.nunc voce rogamus
Supplice.paſtorem pater o concede futuro
Tempore/adhuc nobis per ſecula longa ſequendum/
Vltima cumq; aderit ſibi poſt feliciter etas/
Extremuſq; ſibi pandetur terminus cui/
Tunc iubeas veniat proprio comitatus ouili
Paſtor/ꝛ ethera celſus ſtatuatur in ede.

Stent circum letę pecudes: noua carmina dicant:
Excelſum ad regis tunc preconium ſolia aptent.
Preſulis alta ſui: nec finem verſibus addant.

Finis.

Philippi Beroaldi Carmen lugubre de dominice paſſionis die.

Venit meſta dies: rediit lachrymabile tẽpus
Sancta ſalutiferi celebrant funera chriſti:
Nunc oculi rubeãt fletu: nunc pectora plãctu
Liuida ſint: crebris ſingultibus ilia vellat.
Quiſquis amat chriſti nomen / vel numen adorat.
Hec lugenda dies: nigroqꝫ notanda lapillo eſt.
Gaudia: nequitie: veneres: conuiuia luſus:
Scomata: voluptates: riſuſqꝫ iociqꝫ: ſaleſqꝫ
Eſte procul: veniant cum ſollicitudine fletus
Cura: dolor: gemitus: meror ſuſpiria luctus.
¶ Hec eſt atra dies: atro ſignanda colore
Nunc ſint pullati proceres: pullataqꝫ turba.
Atrati pariter veniant iuueneſqꝫ ſeneſqꝫ.
Omnis veſtitu veletur femina fuſco.
Mereat omnis ager: mons: ſilue: flumina: colles:
Mereat omne genus pecudum: genus omne ferarum.
Squammoſumqꝫ pecus piſces: pictęqꝫ volucres:
Aer: vulcanus: tellus: mare: cynthia: titan:
Sydera: celicole: mundus: ſint omnia meſta.
Hec eſt meſta dies meroris conſcia magni:
Nunc Heracleti lachrymas: vultuſqꝫ ſeueros

Craſſi/ꝛ Xenocritis faciem/frontemqꝫ Catonis
Squallentemqꝫ decet barbam vſurpare reorum.
Nemo vel infectas cocco/vel murice veſtes
Induat/oſtrini nemo/tyriijqꝫ coloris
Veſtimenta gerat/non fuluo ſplendeat auro
Torquis/nec digitos oneret carbũculus ardens
Nec premat articulos adamas:viridiſqꝫ ſmaragdus
Impexeqꝫ come:ſit crinibus emula barba
Non ceruſatis incedat femina buccis:
Nullaqꝫ pigmentis linat os:aut labra coloret.
Non matrona poteris gemmata monilia geſtet.
Nec ſegmenta ferant aut lutbea flammea ſponſe.
¶ Hec eſt illa dies:qua per tormenta/labores:
Mille alapas: mille ꝛ colaphos:conuitia mille
Mille flagelliferos tortores:verbera mille
Et recutitorum ludibria Iudeorum:
Ille opifex rerum Chriſtus:mundiqꝫ capacis
Conditor excellens: ꝛ inenarrabilis auctor
In cruce ſuffixis manibus pedibuſqꝫ pependit
Spinea ſerta gerens:myrrhataqꝫ pocula guſtans
O funeſta dies:o lamentabile letum.
O gentis rabies:o mens furibunda prophane.
O ſcelerata cohors libycis truculentior vrſis:
Tigrideqꝫ hircana:ſiculaqꝫ immanior aula.
Siccine ſacrilegas vos iuuit ſanguine ſancto
Commaculare manus Iudei:et dedere morti.
Illum/qui vobis vitam lucemqꝫ benignus
Donarat? campos qui lacte ꝛ melle fluentes

Imperiumqꝫ potens dederat/ ſedeſqꝫ beatas?
Qui pharium mergens erythreo in gurgite regem
Aſſeruit veſtros in libertate parentes
O ſcelus o labes: monſtrum/ portentaqꝫ dira
Aſportanda procul/ terraſqꝫ agitanda per omnes
Tu ne paleſtine ſoboles nequiſſima gentis
Audebas tam grande nephas/ vt perdere velles
Qui te ſeruauit per ſecula plurima chriſtum
Qui ſacras leges diuinaqꝫ dogmata Moſi
Tradidit/ ⁊ ſcriptas ſolymorum in monte/ tabellas/
Vt tu palmiferis ſancta in regionibus eſſes.
Heu quas perſoluis grates pro munere tanto
Heu que pro meritis tantis ingrata rependis
Ecquod idumeo reperitur crimine maius
Crimine quod nulli poſſunt equare nepotes?
Nullaue veſanum potuit cohibere furorem
Relligio? non cana fides/ non indyta virtus
Priſcorum/ non tanta pij miracula chriſti/
Non tot veridicis predicta oracla prophetis/
Sacrilegis valuere animos reuocare furentes
Conſilijs/ tam dira lues precordia preſſit.
¶ O mortale genus vecors/ o pectora ceca/
O gens infelix ſolymorum/ ⁊ ceca futuri
Perdere dum chriſtum affectas/ te perfida perdis
Nam vos dira manent tormenta/ ⁊ ſeua gehenne
Supplicia/ excrutiant ignes/ flammeqꝫ perurunt
Sulphuree/ luitis meritas ſemperqꝫ luctis
Penas proſcelere hoc infando ac talibus auſis

Sors natós eadem inſequitur/ ſeriemq; nepotum
Cunctaq; poſteritas(huic eſt obnoxia culpe
Et purgare datur nulli commiſſa parentum
Quin vos dira coquant mortis tormenta ſecunde
Sic circūciſe mulctantur crimina gentis
Sicq; patres/nati/ſic qui naſcentur ab illis.
Nullus habet ſtabiles ſedes Judeus apella:
Nulli certa domus:nulli ſua rura coluntur.
Vtq; procelloſo iactatur in equore cymba.
Quam velis ⁊ remigio ac rectore carentem
Sudificus boreas rapit huc:nothus humidus illuc
Hinc Euri verſat rabies: ac circius illinc:
Afflictamq; rotant infeſto turbine venti:
Haud aliam degens vitam fugitiuus ⁊ erro
Errabunda trahit veſtigia:fertur ⁊ illinc
Huc redit : ⁊ nuſq; figit patrimonia verpus:
Lucifuga:infamis vitiato fedus odore.
Vtq; Aquilam cygnus:cornicem noctua: Miluum
Coruus:murem elephas/Gallū Germanicus odit
Vt congrum murena:lupum canis/atq; camelum
Odit equus:ſic cuncti homines odere nephandam
Progeniem:direq; cauent commertia gentis.
Ite igitur veſana manus recutitaq; proles.
Ite paleſtini generis mutilata propago.
Figite preclarum de ſeruatore tropheum
Sacrilegas armate manus/linguaſq; procaces
Exercete odijs:⁊ Chriſti poſcite mortem
Mortem que vobis flagrantia tartara pandit

Mortem que nobis patefecit limina celi.
Que mortis vires ⁊ formidabile virus
Insidiatoris fracta ceruice Draconis
Extinxit/rupit pedicas/ nodoſq; reſoluit.
¶ O mors tu nobis vitalia lumina prebes:
Nectar ⁊ Ambroſie ſuccos/tu ſancta propinas
Per te tartareos manes/ immane Barathrum
Infernoſq; lacus ſtygios/ Plutonia regna
Effugimus per te ſublimia. tecta petuntur.
Panditur elyſium per te ſedeſq; beate:
Per te ſydereí penetramus limen olympi/
Per te parta ſalus/per te celeſtia regna.
Hec nobis optanda dies veneranda q; cultu
Precipuo/niueis hec eſt ſignanda lapillis
Quare o cultores Chriſti fideiq; probate.
Quos habitu modo ſqualenti lugere iubebam
Mutato cultu/pro meſtis ſumite letas/
Pro nigris tyriaſq; togas/infectaq; cocco
Pallia/ſint gemme digitis/ceruicibus aurum
Pro lachrymis riſus/pro planctu gaudia ſunto
Pro merore ioci/pro ſollicitudine luſus.
Hec celebranda pio ſemper veneranda q; cultu
Hec nobis eſt feſta dies/qua ſanguine fuſo
Chriſtus tormentis ⁊ funere functus acerbo
Faucibus eripuit Sathane/eternisq; gehenne
Supplicijs mortale genus vel morte ſecunda.
¶ Chriſte patris ſummi non enarrabile verbum
Chriſte dei virtus;ſapientia ſumma parentis;

Aeterne eterno mundum cum patre gubernans
Chriſte potens rerum: Maria de virgine nate
Que genitrix ſine patre fuit: ſinceraq; virgo
Sola ſalutiferam peperit ſine coniuge prolem:
Omnipotens te chriſte precor miſerere Philippi
Si puro te corde colo: ſi numen adoro
Chriſte tuum/legeſq; tuas/ſi dogmata ſector
Chriſte tua: ꝛ trinum veneror te nomine ꝛ vnum
Da veniam erranti/parcas peccaſſe fatenti
Succurraſq; meis Rex clementiſſime rebus
Vt viuam felix ꝛ mente ꝛ corpore ſanus/
Aeterniq; fruar poſt mortem luminis aura.
Chriſte piam matrem fratres charoſq; propinquos
Et mihi iocundos per tempora longa ſodales
Cuſtodire velis/queſo o rex maxime regum
Hoc precor in primis/hec ſint rata vota precantis
Bentiuolum pylia nobis etate parentem
Bentiuolamq; domum ſerues/vt proſpera felix
Floreat/vtq; diu patrie moderetur habenas
Fortunata bonis cunctis ꝛ perſide gaza
Auxiliumq; feras miſeris mortalibus/Amen.

Finis.

Peanes beate virginis ex Franciſci
Petrarche poemate vernaculo in latinū conuerſi.

Virgo decens/quam ſol veſtit ſtelleqꝫ coronāt
Cuius forma fuit ſummo tam grata tonanti.
Vt tua cōdiderit ſanctam intra viſcera lucē:
Nunc me caſtus amor/vt de te carmina pangam
Sollicitat/verum abſqꝫ tuo ſummiqꝫ tonantis
Numine deficiunt tanta ad conamina vires:
¶ Nunc te diua voco:cuius reſponſa benigna
Accepere omnes fidi veriqꝫ clientes
Sors humanarum ſi te triſtiſſima rerum
Sollicitat virgo:queſo mea verba preceſqꝫ
Exaudi:miſtiſqꝫ meo ſuccurrere labori:
Quanqꝫ ego terrigena : ⁊ tu ſis regina deorum.
¶ O ſollers virgo: cuius ſollertia fulget
Virgineos inter cetus diuaſqꝫ beatas.
Tu clypeus miſeris firmus mortalibus vna es/
Ictus fortune contra mortiſqꝫ cruentos.
Sub quo tuta quies ⁊ ſpes eſt certa triumphi.
Te duce muletetur: qui torrentiſſimus eſtus.
Nos coquit inſulſos:oculos o diua decoros
Qui triſtes videre tui liuentia nati
Pectora ad inſtabiles res noſtras flecte parumper/
Ambiguumqꝫ ſtatum:⁊ rebus tu conſule feſſis.
¶ O ſine labe nitens penitus ſinceraqꝫ virgo
Atqꝫ tui nati ſoboles genitrixqꝫ decori:
Que das terreſtri lucem vite atqꝫ ſuperne.
Per te diua potens ⁊ celi clara feneſtra

Venit ab ethereo nos vt ſeruaret olympo
Filius eternus tuus eterniq; parentis.
Tu ſola ex omni numero turbaq; piarum
Deligeris/luctus eue que in gaudia vertas.
Effice/nanq; potes vt me tua ſancta propago
Comiter excipiat refouens/bis terq; beata
Sydereaq; inter ſuperos precincta corona/
¶ O dea ſancta pio diuorum plena fauore
Eximia celum que manſuetudine ſcandis
Vnde meas audis voces regina preceſq;.
Tu fontem ſacre generas pietatis/⁊ vna
Iuſticie ſolem/qui ſordida ſecula purgat/
Pollutumq; ſuis luſtrat fulgoribus orbem.
Nomina conueniunt vni tria/nam tonantis
Tu genitrix/tu nata ſimul/tu ſponſa fuiſti/
Tu conſors regis diuumq; hominumq; parentis
Qui pedicis mortale genus laqueiſq; reſoluit/
Qui libertatem cunctis dedit/atq; beatas
Effecit terras/cuius per vulnera ſancta
Cor noſtrum queſo exatures o diua beata.
¶ O virgo cui par nulla eſt/⁊ nulla ſecunda
Exemploq; cares cuius forma atq; venuſtas
Celicolis celoq; placet ſummoq; tonanti/
Ingenui mores dulciſq; modeſtia/⁊ illa
In te ſancta fides ſacrata ⁊ viua fuerunt
Templa deo vero/⁊ tua (quod mirabile dictu)
Virginitas fecunda fuit/preſtare beatam
Iucundamq; potes noſtram ⁊ ſine turbine vitam

Si precibus diuina tuis nunc gratia prompta eſt
Ad te confugio ſupplex:⁊ ſupplici corde
Sis mihi preſidium queſo: vitamqꝫ labantem
Dirigito ad curſum rectum metamqꝫ bonorum
¶ Virgo ſerenata ⁊ ſtabilis per ſecula longa
Mite procelloſi ſydus maris/optima fidi
Remigis adiutrix/circumſpice turbine quanto
Exagiter ſolus/quanto ſine remige Cymba
Noſtra labet fluctu/nec abeſt mors vltima rerum
Aegra/nec inficior/mea mens ad ſancta recurrit
Numina/teqꝫ precor ne noſtris improbus olim
Gaudeat erumnis hoſtis tuus atqꝫ peridis
Sis rogo diua memor/ꝙ crimina noſtra tonanti
Inducere humanam mortali corpore formam
Suaſerunt intra tua ſacratiſſima clauſtra.
Quot lachrymas/quot blandicias o diua preceſqꝫ
Effudi in penas atqꝫ in diſpendia fruſtra.
Ex quo per ripas tuſci reptauimus Arni
Tempore/vita fuit noſtra erumnoſa grauiſqꝫ/
Orbis dum partes iſtas illaſqꝫ pererro/
Femineum decus/⁊ mores mellitaqꝫ verba
Turbarunt mentem/quare dea ſancta potenſqꝫ
Tolle moras/ſuprema dies iam currit ⁊ inſtat.
Noſtra etas euro velocior atqꝫ ſagitta
Tranſijt erumnas inter ſordeſqꝫ malorum/
A tergoqꝫ premit tacito mors improba paſſu.
Nunc defuncta iacet/que donec vita manebat/
Noſtra perhorrendum vexauit pectora luctum.

Nec de mill e meis curis reſciuerat vnam.
Etſi reſciſſet/tamen hec immota manebant
Fata mihi/quoniam domine quecunqꝫ voluntas
Altera:dira mihi/aſt ipſi probroſa fuiſſet.
Sed tu diua hominum(ſi phas eſt dicere) tuqꝫ
Aetherei regina poli/prudentia cuius
Cuncta videt/cuius virtuti peruia cuncta/
Tormentis finem metamqꝫ impone dolori/
Quod tibi erit laudi magne/ꝛ mihi diua ſaluti.
In te diua ſalus ſpeſqꝫ omnis noſtra recumbit
Quod potes ipſa vdis rebus ſuccurrere lapſis/
Nec me deſtituas extremo in funere queſo.
Non me reſpicias/ſed qui me condidit ipſum/
Non noſtras vires/ſed ſummi ſceptra parentis
Qui te commoueat cures vt vilia rerum.
Me lapidem/de quo diſtillat inutilis humor
Errores noſtri fecere/atqꝫ ora Meduſe.
Tu lachrymis o diua pijs languentia corda
Imbue/vt extremi ſint hi ſine crimine fletus
Terreſtriqꝫ luto qualeſqꝫ fuere priores.
¶ O mitis virgo/cunctiſqꝫ infeſta ſuperbis
Te communis amor perpellat originis atqꝫ
Deuoti cordis queſo miſerere meiqꝫ/
Quod ſi mortalem formam ſi munera fluxa
Diligere ardenter ſoleo/ quid:fiet in iſta/
Que formoſa/potens/que ſancta:eternaqꝫ diua eſt
Per te ſi noſtra de conditione reſurgo/
Cenoſo miſeroqꝫ ſtatu/tibi candida virgo

Ingenium curaſq3 dico verſuſq3 canoros
Et linguam ꝛ lachꝛymas coꝛq3 ꝛ ſuſpiria meſta
Ad mélioꝛa vada afflictam nunc dirige cimbam
In partemq3 bonam mutatas accipe curas/
Iamq3 dies o diua venit ſupꝛema/ pꝛoculq3
Eſſe nequit pꝛoperat curſim ſic tempus ꝛ anni/
Coꝛq3 meum nunc moꝛs nunc mens ſibi conſcia vellit
Nunc me diua tuo commendes indyta nato
Eſt qui verus homo/ꝛ verus deus hunc rogo ſupplex.
Vt gremio hanc animam teneat foueatq3 beato

Finis.

Vir pꝛudens.

REbus in aduerſis vir pꝛudens atq3 ſecundis
Perpetuum diſcet vite ſeruare tenoꝛem.
Foꝛtune inſtabili nuſq3 confidet / acerbos
Illius ſpernet vultus / ſpernetq3 benignos/
Inuictus duplicem librato examine lancem
Penſabit/ſummumq3 bonum laudabile quod ſit
Credet/ꝛ a ſancto nunq3 diſiunget honeſto.
Nulla libido virum franget/ſummumq3 maloꝛum
Eſſe voluptates coꝛdata mente monebit.
Et que miratur vulgus virtute minoꝛa
Ducens/toto animo metam ſpectabit ad illam
Quam fixit Zeno ꝛ diuini dogmatis auctoꝛ/
Qui non expauit gelidas haurire cicutas
Delatoꝛe Anyto moꝛti damnatus inique.
Nec magis ad dextram flectet/flectet ve ſiniſtram

Certa ſed infiget veſtigia tramite recto
Idem culpabit quicquid menſura moduſq;
Non reget: at fuerint ſi que moderata probabit
Hic vitia incuſans perſone parcet amicum
Non petet ex menſa triuijs vnctaq; popina
Non petet ex luſtris/ſed qui precepta Platonis
Qui cata Ariſtotelis callebit dogmata in illum
Totus pronus erit/illi ſua gaudia curas
Et ſtudia ⁊ mores reſerabit/⁊ omnia pandet/
Atq; anima ex vna duo corpora viuere ducet
Semper idem velle huic ⁊ idem quoq; nolle placebit
In ſumma ſapiens ad cuncta pericula fortis
Eriget indomitam mentem/nulloq; premetur/
Pondere/⁊ a nullo raptatus turbine cedet:
Inſtar idumee palme/que munere diuum
Quo magis opprimitur tantomagis exit in auras
Aethereas victrix/⁊ recto vertice ſurgit.

Finis.

Decij magni Auſonij: precatio matutina ad omnipotentem deum.

Omnipotens quē mente colo pater vnice rex/
Ignorate malis/ ⁊ nulli ignote piorum/
Principio extremoq; carens/antiquior euo
Quod fuit/aut venit/cuius formamq; modumq;
Nec mens complecti poterit/nec lingua profari.
Cernere quem ſolus/coramq; audire iubentem
Fas habet/⁊ patriam propter conſidere dextram

Non genito genitore deus/qui fraude ſuperbi
Offenſus populi gentes in regna vocauit
Stirpis adoptiue meliore propage colendus.
Cernere quem licuit proauis/quo numine viſo/
Et patrem vidiſſe datum.contagia noſtra
Qui tulit/ꝛ diri paſſus ludibria leti.
Eſſe iter eterne docuit remeabile vite.
Nec ſolam remeare animam/ ſed corpore toto
Celeſtes intrare plagas/ꝛ inane ſepulchri
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.
Nate patris ſummi/noſtroq; ſalutifer euo/
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes
Nil ex inuidia retinens/plenuſq; datorum
Pande viam precibus/patriaſq; hec perfer ad aures.
Da pater inuictam contra omnia crimina mentem/
Vipereumq; nefas nocituri auerte veneni.
Sic ſatis antiquam ſerpens quod prodidit Euam/
Deceptamq; adiunxit Adam.nos ſera nepotum
Semina/veridicis etas predicta prophetis/
Vitemus laqueos/quos letifer implicat anguis.
Pande viam/qua me poſt vincula corporis egri
In ſublime feram/puri qua lactea celi
Semita ventoſe ſuperat vaga nubila lune.
Qua proceres abiere pij/quaq; integer olim
Raptus quadriiugo penetrat ſuper ethera curru
Helias.ſolido cum corpore preuius Enoch.
Da pater eterni ſperatam luminis auram
Si lapides non iuro deos/vnumq; verendi

Suſpiciens altare/ſacre libamina vite
Intemerata fero. Si te dominiqꝫ deiqꝫ
Vnigene cognoſco patrē: mixtumqꝫ duobus
Qui ſuper equoꝛeas volitabat ſpiritus vndas.
Da genitoꝛ veniam: cruciataqꝫ pectoꝛe purga:
Si te nō pecudum fibꝛis: non ſanguine fuſo
Quero/nec carnis numen coniecto ſub extis:
Si ſcelere abſtineo erroꝛi obnoxius/⁊ ſi
Opto magis quam fido bonus/ puruſqꝫ pꝛobari
Confeſſam dignare animam/ſi membꝛa caduca
Execroꝛ/⁊ tacitum ſi penitet/altaqꝫ ſenſus
Foꝛmido excrutiat/toꝛmentaqꝫ fera Gehenne
Anticipat/patiturqꝫ ſuos mens ſaucia manes.
Da pater huic noſtro fieri rata vota pꝛecatu
Nil metuam/cupiamqꝫ nihil/ſatis hoc rear eſſe
Quod ſatis eſt. nil turpe iuuem: nec cauſa pudoris
Sim mihi: nec faciam cuiquam que tempoꝛe eodem
Nolim facta mihi/nec vero crimine ledat.
Nec maculer dubio. Paulum diſtare videtur
Suſpectus vereqꝫ reus/male poſſe facultas
Nulla ſit/⁊ bene poſſe adſit tranquilla poteſtas.
Sim tenui victu atqꝫ habitu/ſim carus amicis/
Et ſemper genitoꝛ ſine vulnere nominis huius/
Non animo doleam/non coꝛpoꝛe/ cuncta quietis
Fungantur membꝛa officijs/nec ſaucius vllis
Partibus amiſſum quicquam deſideret vſus
Pace fruar. ſecurus agam. miracula terre
Nulla putem ſupꝛema mihi cum venerit hoꝛa/

D

Nec timeat mortem bene conſcia vita nec optet.
Purus ab occultis cum te indulgente videbor.
Omnia deſpiciam/fuerit cum ſole voluptas
Iudicium ſperare tuum/quod dum ſua differt
Tempora/cunctanturq; dies/procul exige ſeuum
Inſidiatorem blandis erroribus anguem.
Hec pia/ſed meſto trepidantia vota reatu
Chriſte apud eternum placabilis aſſere patrem
Saluator deus/ac dominum mens gloria verbum
Filius ex vero verum de lumine lumen.
Aeterno cum patre manens in ſecula regnans
Conſona quem celebrat modulato carmine plebes
Et reſponſuris ferit aere vocibus:Amen.

Finis.

Auſonij Egloga aurea de ambi-guitate vite eligende.

QVod vite ſectabor iter?Si plena tumultu
Sunt fora.ſi curis dom⁹ anxia.ſi peregrinos
Cura dom⁹ ſequit̃/mercantẽ ſi noua ſemper
Damna manent/ceſſare vetat ſi turpis egeſtas
Si vexat labor agricolam/ mare naufragus horror
Infamat.peneq; graues in Celibe vita.
Et grauior cautis cuſtodia vana maritis/
Sanguineum ſi martis opus:ſi turpia lucra
Fenoris/⁊ velox inopes vſura trucidat.
Omne euum cure cunctis ſua diſplicet etas.
Senſus abeſt paruis lactentibus/⁊ puerorum

Dura rudimenta/ꝛ iuuenum temeraria pubes
Affligat foꝛtuna viros per bella per equoꝛ.
Iras:inſidiaſqꝫ: Lathenatoſqꝫ laboꝛes
Mutandos ſemper grauioꝛibus/ipſa ſenectus
Expectata diu votiſqꝫ optata malignis
Obijcit innumerum coꝛpus lacerabile moꝛbis/
Spernimus in cõmune omnes pꝛeſentia/quoſdam
Lonſtat nolle deos fieri/ futura reclamat
Quo vitam dedit eternam:cur moꝛtis adempta eſt
Londitio/ſic caucaſea ſub rupe pꝛometheus
Teſtatur ſaturnigenam/nec nomine ceſſat
Incuſare Iouem/data ſit ꝙ vita perennis.
Reſpice ꝛ ad cultus animi.ſic nempe pudicum
Perdidit hippolitum non felix cura pudoꝛis.
At contra illecebꝛis maculoſam ducere vitam
Quem iuuat Aſpice ꝛ ad penas ꝛ crimina regum
Tereos inceſti/vel mollis ſardanapali.
Perfidiam vitare monent tria punica bella.
Sed pꝛohibet ſeruare fidem deleta ſaguntos.
Viue.ꝛ amicitias ſemper cole/crimen ob iſtud
Pithagoꝛeoꝛum perijt ſcola docta ſophoꝛum.
Hoc metuens igitur nullas cole/ crimen ob iſtud
Tiſhon palladijs olim lapidatus athenis
Diſſidet ambiguis ſemper mens obuia votis
Nec voluiſſe hominum ſatis eſt/ optata recuſant/
Eſſe in honoꝛe placet/mox penitet/ꝛ dominari
Vt poſſint ſeruire volunt/idem auctus honoꝛe
Inuidie obycitur pernox eſt cura diſertis.

Sed rudis ornatu vite caret. eſto patronus/
Et defende reos/ſed gratia rara clientis.
Eſto diues/grauis imperijs perſona patroni.
Exercent hunc vota patrum mox aſpera curis
Sollicitudo ſubit contemnitur orba ſenectus.
Et captatoris preda eſt heredis egenus/
Vitam parcus agas/auidi lacerabere fama/
Et largitorem grauius cenſura notabit.
Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus/ergo
Optima graiorum ſententia/quippe homini aiunt
Non naſci eſſe bonum/natum aut cito morte potiri.

Finis.

Ode Saphica Hendecaſyllabis tribus/quarto Adonico trimetro. Aenee Siluij Poete Laureati de paſſione Chriſti incipit.

QVid tibi tandem ſcelerate queris?
Quid petis fallax homo? quid requiris?
Immemor qua te pietate Chriſtus
Queret ametque.
Venit in mundum ſoboles tonantis/
Et licet celum regeret ſupernum/
Ex deo ſeruus voluit videri
Carnis in vmbra.
Tu cinis putris fugienda peſtis
Alta depoſcis miſerande vermis/
Vt parem credas habuiſſe nullum
Terra tumeſcis.

Ille carnalem plus ſu parentem
Quos decet cunctos referens honores/
Sabbatum nunq̃ violauit, vnum/
　　Semper honeſtus.
Iuſſa tu patris fugis atqꝫ matris/
Feſta peccatis violas nephandis/
Et deum qui te reparauit horres/
　　Demone peior.
Ille ieiunans domuit ſuperbum
Spiritum carnis/cibus atqꝫ potus
Illius corpus fuit ad regendum
　　Viueret edit.
Tu mades vino/ Veneri parentas/
Nulla te Bachi Cereriſqꝫ poſſunt
Dona vorantem ſaciare/ ventri
　　Viuis amicus.
Ille ſermones habuit modeſtos/
Et docens ſedes iter ad beatas/
Quo ſuos quiſqꝫ repararet actus
　　Ordine dixit.
Tu vel infeſta ſcelerate lingua
Proximum carpis/ ſuperos laceſſis/
Fabulas crebro referens inanes/
　　Turpia narras.
Ille nullius bona concupiuit/
Et manus odit nimium cruentas/
Pauperem duxit coluitqꝫ vitam/
　　Pacis amator.

Tu rapis quicquid potes ⁊ cruorem
Appetis fratrum/ſcelus omne paruum
Diues vt fias reputans/ vbiqꝫ
Prelia miſces.
Diſce te quanti miſerande fecit
Ille qui vinclis voluit teneri/
Vt tibi ſummam pareret quietem
Ductus ad Annam.
Ceſus eſt illic alapis magiſter/
Et redargutus dominus deorum/
Nocte mox tota trahitur per vrbem
Diſcruciandus.
Iudici Cayphe datur audiendus.
In deum teſtes citat hic malignos/
Ducitur vinctus/reus ⁊ Pylato
Mittitur illinc.
Hinc ad Herodem rapitur videndus/
Purpura ſumpta redit ad Pylatum/
Qui licet nullum videat reatum
Iudicium fert/
Innocens agnus manet ad tribunal/
Quem flagris ceſum/ferat vt coronam
Spineam cogunt/vicibuſqꝫ pulſant
Corpus honeſtum.
Conſpuunt vultum/oculoſqꝫ fedant/
Aſtur vt raptam lacerat columbam/
Membra celeſtis ſpecioſa regis
Dilaniantur.

Nec mouet turbas ſpeculum doloris/
Clamitant cuncti crucis eſſe dignum/
Solue latronem/crucifige Chriſtum
Ceſaris hoſtem.
Dum crucem geſtans trahitur necandus
Obuiam fertur lachrymoſa mater/
Que ſuis tundens manibus pudica
Pectora clamat.
Nate quo pergis periture? Quis te
In modum talem laniauit hoſtis?
Te meum pignus cupio videre/
Reſpice matrem.
Te meus venter tulit has papillas
Suxeras quondam generoſe fili/
Me tuam ſpernis/fugis atq; matrem/
Reſpice que ſim.
O truces/ſeue/rabideq; gentes/
Quo meum fertis genitum iudei?
Nil mali fecit. Sinite heu meum me
Tangere natum.
Ille ſubmiſſis oculis abibat/
Ad locum venit crucis atq; nudus/
Et duos interpoſitus latrones
Fertur in altum.
Inde ſub ligno ſitiens/ acetum
Felq; guſtauit/latus eſt apertum
Lancea/ ſanguis fluit atq; lympha
Matre vidente.

Probra quid dicam referamqꝫ multa/
Se dei fecit genitum/quid vltra
Clamitant plures.alios beauit
Se modo faluet.
O Jeſu quantum genus hoc amaſti
Perfidum.qui(ne moreretur)ipſe
Pergis ad mortem.moriendo / noſtra
Morte lauas nos.
Sic homo pro te patitur redemptor
Tu quaſi furdus penituſqꝫ cecus
Gratiam pendis nihil eſſe talem/
Crimine plenus.
Ipſe qui verbum facio miſer ſum/
Peior ⁊ magnas datus in ruinas
Noſco peccatum/ſcio quid gerendum/
Nec melior ſum.
Ni tuum prebes deus o fauorem/
Graciam ni des homini perempto/
Perditus labor miſer in Gehennam
Igne piandus.
Labitur/quiſquis ſine te beari
Queritat.munus datur hoc ab alto/
Tu vocas quos vis.rogo me vocandis
Adijce ſeruis.
Da mihi lumen videam quid egi/
Da mihi fontem lachrymis vt altis
Hunc meum purgem ſceleris reatum/
Teqꝫ repoſcam.

Non parem Paulo / veniam requiro/
Gratiam Petri neqꝫ poſco/ſed quam
In cruce ligno dederas latroni
Sedulus oro.
Jam deum cuncti rogitemus ipſum
Qui neci noſtram datus ob ſalutem/
Semper expectat reditum ſuorum
Vt veniam det.
Jam nimis duri fuimus/ venite
Se reum nemo magis eſſe credat
Quam pius nobis maneat redemptor
Aethere miſſus.)

Finis.

Lactantij Firmiani de reſurrectio- nis Dominice die.

Salue feſta dies/toto venerabilis euō
Qua deus infernum vicit ⁊ aſtra tenet.
Tempora florigero rutilant diſtincta ſereno/
Et maiora poli lumine porta patet.
Altius igniuomum ſolem celi orbita ducit/
Qui vagus oceanas exit ⁊ intrat aquas.
Armatus radijs/elementa liquentia luſtrans/
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſincero producunt ethera vultu
Leticiamqꝫ ſuam ſidera clara probant.
Terra ferax vario fundit munuſcula fetu/
Cum bene vernarit reddit ⁊ annus opes.

Mollia purpureum pingunt violaria campum.
Prata virent herbis/ ⁊ micat herba comis.
Paulatim ſubeunt ſtillantia lumina florum.
Floribus arrident gramina cuncta ſuis.
Semine depoſito/ late ſeges exilit aruis/
Spondens agricole vincere poſſe famem.
Caudice defecto/ lachrymat ſua gaudia palmes/
Vnde merum tribuat/ dat modo vitis aquam.
Cortice de matris tenera lanugine ſurgens/
Preparat ad partum turgida gemma ſinum.
Subqꝫ hyemis tempus/ foliorum crine reuulſo
Jam reparat viridans frondea tecta nemus.
Myrta.ſalix.abies.corylus.ſiler.vlmus.acer. nux.
Plaudit queqꝫ ſuis arbor amena comis.
Conſtructura fauos apis hinc aluearia linquens/
Floribus inſtrepitans poplite mella rapit.
Ad cantus reuocatur auis/ que carmine clauſo/
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc Philomena ſuis attemperat organa cannis/
Fitqꝫ repercuſſo dulcior aura melo.
Ecce renaſcentis teſtatur gracia mundi.
Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Nanqꝫ triumphanti/ poſt triſtia tartara/ Chriſto/
Vndiqꝫ fronde nemus/ gramina flore fauent
Legibus inferni oppreſſis/ ſuper aſtra meantem
Laudent rite deum lux.polus.aura. fretum.
Qui crucifixus erat deus ecce per omnia regnat/
Dantqꝫ creatori cuncta creata precem.

Nobilitas anni/ menſium/lux alma dierum/
Horarum ſplendor/ſcrupula cuncta fauent.
Hinc tibi ſilua comis / plaudit quoqꝫ campus ariſtis/
Hinc grates tacito palmite vitis agit/
Hinc tibi nunc auium reſonant virgulta ſuſurro.
Has inter nimio paſſer amore canit.
Chriſte ſalus rerum/bone conditor/ atqꝫ redemptor.
Unica progenies ex deitate patris.
Irrecitabiliter manans de corde parentis/
Verbum ſubſiſtens:⁊ patris ore potens.
Aequalis concors/ſocius/cum patre coeuus/
Quo ſumpſit mundus principe principium.
Aethera ſuſpendis/ſola congeris equora fundis/
Queqꝫ locis habitant/ que moderata vigent.
Qui genus humanum cernens merſiſſe profundo/
Ut hominem eriperes tu quoqꝫ factus homo es.
Nec noſtro voluiſti tantum e corpore naſci/
Sed caro/que naſci pertulit / atqꝫ mori.
Funeris exequias pateris vite author/⁊ orbis/
Intra mortis iter/dando ſalutis opem/
Triſtia ceſſarunt inferne vincula legis.
Expauitqꝫ chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebre Chriſti fulgore fugate/
Aeterne noctis pallia craſſa cadunt.
Sollicitam ſed redde fidem precor alma poteſtas.
Tertia lux rediijt/ſurge ſepulte meus.
Non decet/vt vili tumulo tua membra tegantur.
Non precium mundi vilia ſaxa premant.

Indignum eſt cuius clauduntur cuncta pugillo/
Vt regat incluſum/rupe vetante/lapis.
Lintea tolle precor/ſudaria linque ſepulchro/
Tu ſatis es nobis/⁊ ſine te nihil eſt.
Solue cathenatas Inferni carceris vmbras/
Et reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem/videant vt ſecula lumen.
Redde diem/qui nos/te moriente/fugit.
Sed plane impleſti remeans pie victor olympo/
Tartara preſſa iacent/nec ſua iura tenent.
Inferus inſaturabiliter caua guttura pandens
Qui raperat ſemper/fit tua preda deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis/
Et ſequitur liber/quo ſuus autor abit.
Euomit abſorptam pauide fera belua plebem/
Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Hinc tumulum repetens/poſt tartara/carne reſumpta/
Belliger ad celos ampla trophea refers.
Quos habuit penale chaos iam reddidit iſte/
Et quos mors peteret/hos noua vita tenet.
Rex ſacer ecce tui radiat pars magna trophei/
Cum puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis/
Atqꝫ vetus vitium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas/veſtis quoqꝫ candida ſignat/
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Additur ac felix concors mercede ſacerdos/
Qui dare vult domino dupla talenta ſuo.

VIENNA, 1515

Digitized by Google

1988
pr. 19/88
...NALE CENTRALE
ROMA

Digitized by Google